



Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1679

Innocentij II. Papæ epistola ad Vlgerium Episcopum Andegavensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14735

198 MISCELLANEO RVM
mendaverit , sacros nihilominus gradus mediante
Dei gratia sortiri poterit.

Ollegarius Archiepiscopus subscripti.

Raimundus Dei gratia Ausonensis Episcopus.

*Similes puerorum ludentium historias vide apud
Gratianum dist. 50. cap. 37. Clerico. in prima col-
lectione Decretalium Innocentij III. composita à Ray-
nerio monacho Pomposiano tit. 34. & in tertia col-
lectione cap. 5. De homicidio.*

I N N O C E N T I I I . P A P A E
*epistola ad Ulgerium Episcopum Andega-
vensem , de confirmatione possessionum &
privilegiorum Ecclesiae Andegavensis.*

A.D. 1131.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei ve-
nerabili fratri Ulgerio Andegavensi Episcopo
ejusque successoribus canonice substituendis in per-
petuum. In eminenti apostolicæ sedis spectula dif-
ponente Domino constituti , ex injuncto nobis à
Deo apostolatus officio religiosos viros debemus di-
ligere & eorum loca sanctæ Romanæ Ecclesiæ muni-
mine defensare. Æquum etenim ac rationabile est
ut quos erga beatum Petrum & nos ipsos in oppor-
tunitatibus fideles & devotos esse cognoscimus , eos
& à pravorum hominum nequitia tueamur & in suis
petitionibus clementer exaudire curemus. Proinde ,
venerabilis frater Ulgeri Episcope , vir siquidem
prudens ac religionis amator , tuis justis postulatio-
nibus assensum præbentes , Andegavensem Eccle-
siam , cui Deo auctore præesse dinosceris , præsentis
scripti patrocinio communimus , statuentes ut quæ-
cunque possessiones quæcunque bona in præsentia-
rum ad eandem Ecclesiam justè & canonice pertine-

re noscuntur, aut in futurum largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis auxiliante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. in quibus haec propriis nominibus annotanda subjunximus. Ecclesiam videlicet beati Iohannis Baptistæ quæ in Andegavis civitatis suburbio sita est, quam nimirum illustris vir Gaufridus Comes junior tibi reddidit, ut videlicet tam tu quam successores tui jus plenissimum dominij & Abbatis statuendi in ea Canonicos, & tam in præbendis quam in aliis omnibus rebus ad ipsam pertinentibus disponendi facultatem liberam habeatis. Prohibemus autem ne quis præbendam aut decanatum ipsius Ecclesiæ, usque dum persona de medio sublata fuerit, donet alicui vel promittat. Detestabiles vero illas & homicidij reas expectationes & successiones damnamus, nec quilibet persona tale donum vel promissum suscipere vel Capitulum concedere audeat. Hoc quoquæ penitus admonemus, ne quisquam laicus jus aliquod in eadem Ecclesia vel in aliqua ipsius Ecclesiæ præbenda presumat expetere vel aliquid reddituum ejus expetere. Porro Ecclesias & villas Chureij & Solonæ cum omnibus suis appendiciis, quemadmodum à nobili viro Roberto de Busenciacō tibi & Ecclesiæ tuæ sunt traditæ ac concessæ, apostolica auctoritate firmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat prædictam Ecclesiam temerè perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, mintiere, aut aliquibus molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sufficietatione concessa sunt usibus profutura. Si quia igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita si non satisfactione congrua emendave-

N iiij

diante
s.
apud
a col.
à Ray.
z colle.

P A
dega-
m &

ei ve-
iscopo
n per-
la dif-
obis à
hus di-
muni-
ile est
ppor-
, eos
in suis
oinde,
uidem
lillatio-
Eccle-
sentis
qua-
entia-
rtina-

rit, potestatis honorisque dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei ac Domini redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultiōni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pars Domini nostri Iesu Christi, quatinus fructum bona actionis percipient, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ Episcopus SS. Datum Reims per manum Haymirici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii v. Kal. Novembris, Indictione x. incarnationis dominicæ anno m c x x x i. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ secundi anno secundo,

VLGERII EPISCOPI ANDE-
gavensis relatio ad Innocentium II. Pa-
pam pro monasterio Rotensi adversus mona-
chos Vindocinenses.

VNICE Pater orbis & Domine. Caritas & pie-
 tas non impellunt ut respondeamus pro Io-
 hanne paupere & pro loco suo pauperrimo, quos
 Vindocinensis Abbas & monachi aptitudine suæ af-
 finitatis & mole facultatum suarum, quas ipsi ha-
 bent nimias, moliuntur suffocare, Domine mihi Papa
 Innocenti. Cùm pauper iste tandem ad nos defessus
 alis pervenerit, nullum præmisit, nullum secum ad-
 duxit, nullum qui sequeretur ex condicto expectat
 vel exspectavit. Solus est, impotens & pauper est,
 Solus à multis impetratur; impotens à potentibus,
 pauper à divitibus circumdatur. Anxiatus est in eo
 spiritus ejus, Ideo succurrere ei desidero; quia non